

re, sitim ore cōtentam arcere adstruunt. Nec desunt qui tum maximè effi
cacem scribūt, cum setis leoninis in-
uoluta defertur, quod quām à vanita-
te quoq; absit, iudex esto.

De Alectorio. Cap. XVII.

A Lectorius lapis in ventriculo ^{ca} Genesis. &c
pi reperitur, obscuri crystalli si-^{delineatio}
mīlis & colore & substātia, nisi quod
paulo crassior adparet, non excedēs
fabæ magnitudinem. Probatur quæ ^{Probatiō.}
intus velut stagnātem ingestī cibi mi-
cam, modicām nec usque adeò obscu-
ram ostentat. Sunt quoq; qui audeāt
affirmare caponem in quo Alektori-
us sit absolutus, bibere nunquam: i-
deoque strenuis militibus ex usu esse
creditur. Proinde Milonem Crotoni-
ensem eius Gemmæ in ore contentæ
præsidio, nullo unquam certamine su-
peratum prædicant. Porrò Alektorio
vires tribuunt non incelestres contra
pericula quævis. Præterea Venerem
^{Virtutes;}